



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

IV. De officio duorum Canoniorum in habitu Diaconali Episcopo celebrante, vel eo non celebrante in habitu ordinario assistentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS IV.

De officio duorum Canonorum in habitu Diaconali Episcopo Celebrante, vel eo non Celebrante in habitu ordinario assistentium.

1. **V**Ltra Presbyterum assistentem & Diaconum & Subdiaconum ad Euangelium & Epistolam seruietes, assistunt Episcopo loci ordinario & proprio solemniter Celebranti Missam, vel Vesperas in sede Episcopali & non in altiflorio, duo alij Canonici primi ex ordine Diaconali.

2. Hi autem, si Episcopus celebret Missam aut Vesperas induti esse debent habitu Diaconali, hoc est Dalmaticâ supra Amictum & Suprapellicium, ac sedente Episcopo in sede sua Episcopali ipsi sedent in scabellis nudis hinc inde, & sedenti in sede mitram imponunt & auferunt. Imponitur autem à Diacono assistenti à dextris, osculato prius & imposito bireto, altero à sinistris assistente adiuvante, atque vittas à tergo defluentes aptante: auferitur verò à Diacono à sinistris assistente, qui illam dat Capellano seruienti de mitra, & tunc qui est à dextris, sub biretum auferit leniter cum illo complanando capillos. Semper autem sedenti mitram ipsam imponere & auferre debent. Dum Episcopus pluuiali indutus ad Altare procedit, hinc inde eum comitantur, nudo capite fimbrias pluuialis eleuantes. Quoties apud sedem suam Episcopus eleuat manum suam dextram, vt se aut alias personas, seu res quascumque signet signo Crucis, toties Diaconus à dextris passum eleuat pluuiale. Cum autem eleuat ambas manus, ambo Diaconi hinc inde eleuant fimbrias pluuialis,

pluvialis & cum Episcopus cantat, vel legit aliquid ex libro, ipsi Diaconi hinc inde apponunt manus super eo, & primus folium vertit, alter digito indicat legenda.

IV.

in habitu Diaconorum Celebrantium assistentium.

tentem & Diaconum & Evangelium & Episcopo loci orationis Celebranti Missam & non infirmo ex ordine Dia-

conum debet Missam aut in habitu Diaconali, & superpellitum & suprapellitum de sua Episcopali sede inde, & sedenti imponitur. Imponitur dextris, osculato à sinistris Assistentibus defluentes apertis à sinistris assistentibus seruianti de misericordia aufert capillos. Semper ponere & auferte inducus ad Altare tantur, nudo capite. Quoties apud altare suam dextris res quascumque onus à dextris partem eleuat ambas eleuant fimbrias pluuiialis,

TITVLVS V.

De officio Diaconorum assistentium Episcopo in Vesperis.

1. Ipsi Diaconi Episcopum venientem ad Ecclesiam in habitu Canonicali comitantur, statimque amictu & Dalmatica induti, iuuant Episcopum dum paramentis suis induitur, omnibusque paramentis induto mitram ei imponunt.
2. Dum Episcopus dicit *Deus in adiutorium*, primus eleuat partem pluuialis dexteram sinistra, se signans dexterâ, & inchoato primo psalmo, primus imponit ei mitram adiuuante secundo.
3. Ad psalmos sedent recto capite, illud nudantes ad versum *Gloria Patri* & alios similes se inclinant. Primus intonat secundam Antiphonam stans, alio etiam stante, secundus quintam primo etiam stante.
4. Ad Capitulum stant nudo capite, & responso à Choro *Deo gratias*, secundus aufert mitram sicque stantes cum Episcopo manent, donec hymnus absolutus fuerit à Choro.
5. Intonata ab Episcopo Antiphona ad *Magnificat* primus imponit ipsi sedenti mitram, ipsi veto manent stantes nudo capite.
6. Cum Chorus incipit *Magnificat*, Episcopus procedit ad Altare medius inter illos caput denudatum habentes, & ibi statim ut accesserunt, secundus aufert mitram, & statim ambo